



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

LXXXI. Ad Ioannem Hessum. Iurisconsultum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

N. REVSNERI.

*Et cui mater Elisa: pater Ludouicus: & Anna*

*Coniux, Cattorum sanguine nata fuit:*

*VVOLFANGVS, Patria Pater, & (tatis alium)*

*Post octo vitæ lustra, beatus obit.*

*Feruidus in Gallos quando mouet arma potens*

*Lemouicum, sæua febre perustus, agro.*

*Posthuma quem magno sequitur victoria plenus*

*Partaque militia gloria, parta roga.*

LXXX.

**TVMVLVS OTHONI**

**HENRICI, COM. PAL. ET D.**

**CIS BOIORVM: PHIL. LVD. F.**

**VVOLF. N.**

*Stirpe Palatina prognatus: Patre PHILIPPO*

*LVDVICO: princeps cui fuit ANNA pater*

*Iuliaca sata gente, VILHELMO Principe natus*

*OTTENRICVS in hac Dux requiescit*

*Mortuus hic infans, quarto vix mense peractis*

*Ætatis: Christo jungitur inde suo.*

*Per mortem, pueros ad se vocat ille tenellos:*

*Infantumque pio se cupit ore coli.*

LXXXI.

**Ad Ioannem Hessum.**

**Iurisconsultum.**

INSOMNIE.

*Si natura dedit necessitati  
Corpus: fert animum sub astra virtus  
Immortalis, & hunc beat beata:  
Ne cum corpore vel senescat unquam,  
Aut ne deficiat malo sub ævo,  
Cum virtute superstes ille quippe  
Semper euolat ad pios penates:  
Missus unde fuit: beata rursus  
Cæli templa habitabilis receptans.  
Sic non omnia finit, HESSE, letum:  
Mens est nescia mortis, atque virtus.*

LXXXII.  
E Græco.

*Vita quid est? iocus, & ludus: vel discere iocando  
Ludere securus, vel cruciari dolens.*

LXXXIII.

Georgij Lochneri, Morio-  
nis Palatini Tumulus.

*Vita iocus, ludusque: joculari, & ludere quando  
Nolo magis: morti me quoque vita dedit.*

LXXXIII.

Ad Paulum Hartingium  
Marimontium.

C 3 Mors